





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-809175-p0002-8

DFG

RECTOR  
ACADEMIAE VITEBERGENSIS  
**GEORGIVS**  
**R V D O L P H V S**  
**BOEHMER**  
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR  
ANATOMIAE ET BOTANIC. PROF. PVBL.  
ORDINARIVS

**CIVIBVS ACADEMICIS**  
S. P. D.

ET AD SACRA  
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI NATALITIA  
PIE CELEBRANDA  
INVITAT

*Inest de Reliquiis Missae Latinae in Ecclesia Viteberg.  
disputatio*

19

RECTOR  
ACADEMIE ALTHESIENSIS  
GEORGIAE  
RADOBIAE  
BONNIBUS  
SALVATRICI  
AD CIVITATIBUS  
BOHEMIÆ VOSTRÆ  
ET CLOVIS  
ET CLOVIS  
ET CLOVIS

DE  
SACERDOTE PRECES DIEBVS FESTIS  
LATINAS AD ALTARE  
CANTILLANTE



enuo redeunt in fastis dies, qui, tanquam natalitii sancti Domini nostri Iesu Christi, maxima inter Christianos sollemnitate concelebrantur. Qui quidem, quo insignioris beneficii hominibus praestiti memoriam renouant, eo illustrios illos, a multo iam tempore, omni sollemnitatum et ceremoniarum genere reddere studuerunt ecclesiae doctores, neque tamen satis cauere potuerunt, quo minus ex temporis, in quod incident, et commutati ex gentili in christianum festi ratione, superstitionis aut gentilismi quidquam, illorum dierum ceremoniis iam admixtum haereret, et crescente hominum inscitia ac prauitate propagaretur. <sup>1)</sup>

Emendatis feliciter per D. Lutherum sacris, quum inanes ritus festorum dierum abrogarentur, placuit eos alia distinguere ratione, cui nihil unum et inutile inesse censeri debet, nimirum *Missae Latinae* singulare ritu usurpato in quibdam magnarum ciuitatum ecclesiis. Id uidemus in praecipuis per annum diebus festis in Ecclesiis Vitebergensisibus, et his ipsis sollemnibus Christo nato sacris, cernimus sacerdotem, habitu, quo consecrationem eucharistiae perficit, ornatum, ad altare procedere, ibidemque *solemne Precationis Carmen Latina*

A 2

Lingua

1) Qua ratione factum sit, ut hos in dies profani pariter ac superstitionis ritus quam plurimi se insinuauerint, docui Progr. an. 1757. Viteb. P. P. de Originibus sollemnum natale Christi ex festinitate natalis iuuici.

#### III DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

*Lingua cantillare.* Audimus sub introitum cultus publici *Antiphonas*, audimus ante pericopatum epistolcarum et euangelicarum publicam lectionem *Collectas*, quas vocant *préces*, audimus laudatorium carmen, quod ipsam consecrationem eucharisticae praecedat, et *Praefatio* dicitur, cuncta vero a sacerdote ad altare *Latina Lingua* peragi audimus.

Quain

2) GOTTFR. ARNOLDVS in der Kirchen- und Ketzer-Hist Part II. L. XVI c. II. § 30 scribit: Die lateinischen Collecten, zumal in hohen Fest-Tagen werden auch in Wittenberg selbst, noch zum Zeugnis des Verderbens gesungen und gespieler. IOH. SAM. STRYKIVS pariter illarum, quae ad altare cantillantur precum censor, sed utio creatus est Difp. de Iure Sabathi f. 128. ubi haec habet: *Collectae, ut vocantur, quae latina uoce cani solent diebus festis, approbationem plane non mereuntur.* Huius ritus origo descendit ex canone missalico Gregorii M. faciendo VI. introducto. Cui quasdam usq[ue] haec sunt, populus stat et admiratur egregie canentem pastorem, sed ne uerbum quidem intelligit, et quamvis interdum *Collectae germanica uoce cantantur*, proper dictiones ramen nominis in canendo sensum pariter non percipit, et haec Deo placere credunt imprudentes.

Eandem prodit sententiam itidem alius Halensis ICtus IVST. HENNING BOEHMERVS, diff. de *Iure Precum Publ.* §. XV. *Collectae in nostris ecclesiis satis notae sunt et in Agen- dis, ut vocant, ecclesiasticis uerbis praescriptae sunt conceptis, ut secundum illas liturgia publica ordinetur. In co- tamen nostrae ecclesiae a Pontificiorum recesserunt formulis, quod idiomate uer-*

*naculo, non latino, uti mores Romanae eccl[esi]e iniungunt, illas minister eccl[esi]e recitare soleat, admiru[m]ante omni populo ex consuetudine, quamquam id ne quidem ubique uerum sit, quam non nullis in eccl[esi]is, festis praesertim diebus, adhuc sanctissime servetur mos recitandi collectas latinas, ne omnis omnino usq[ue] dominicus Paparus delectatur, sed semper documentum misericordiae splendidae superstet.*

3) CORN. SCHVLTINGIVS Biblioth. Ecclesiast Tom. I V. f. 14. ieiuna dicit sacra nostra, rideturque, in coetibus nostris adhiberi *Collectas* et cantica a Gregorio M. P. R. confecta, item inorem, que iuuenis de schola publica psalmorum et precum formulas recitent. Hi, inquit, sumis eccl[esi]ae nostrae agunt, *collectas, responsoria, hymnos, canica a nostris composta, usurpant, sed utinam integre et non corrupte.* Verum quoniam templum sit locus orationis et non studii, perperam, quod in scholis peragi oportet, in templo usurpatur.

4) I. H. BOEHMERVS c. diff. p. 15. 17. iniquus est in *preces*, quas vocat *formularias*. EX IOH. CARPENTERI Angli libro de *precibus ab hominibus praescriptis* intelligimus, FRANC. JOHNSONIVM, cui is se opponit, recicile usum *formularum* *precandi*, quasi

Quam rationem fuerunt, qui tanquam reliquias Papismi reprehenderent, 2) ipsis etiam Pontificis illam improbantibus. 3) alii in genere ferre non possunt conceptas precandi formulas, negantque, rectum pliumque satis esse ad alterius praescriptum orare, 4) alii modum cantandi precatioes aducant, 5) illasque Latina Lingua fieri nolunt. 6)

A 3

Sed

quasi transgressionem mandati diuini, et modum precandi a verbo Dei alienum. Idem certius facere GOD ARNOLDVM K. u. K. H. I. c. f. 128. existimante, ad precium formulas allegari non debere ecclesiam, sed unicuique liberum relinquentiam, qua ratione Deum compellare atque defideria sua nota facere uelit: Es ist zuvoerderst von den Gebetsformeln zu merken, daß sie zwar den Unwissenden und Ungerührten zur Anleitung eingeführet werden, worin die gute Absicht der Alten billig zu loben - man findet in den Kirchenordnungen zwar viele kraeftige Gebete, aber es fehlt nicht an kaltblütigen, und meistens auf weltliche und schändliche Dinge gerichtete, Formeln, wieder welche Jacob D. Bugenhagen wohl erinnert hat, daß keiner wahrhaftig bere, der nach eines andern Vorschrifft betet. Sed disputat Bugenhagius, Comment in I&II p. 302. contra horas canonicas apud Pontificios, easque recitendas putat, quem locum more suo perterriti satis spectatus eiusmodi fraudum artifex.

5) Cantum ex ecclesia proscribi uoluit HVLERICVS ZWINGLIVS mira usus argutatione, quam ut multi alii, ita ZIGLERVS Thes. temp. p. 1159. narrat. Hinc IOH. FRIDR. MAYERVS, diss. de sacerdotum saluandi formula, Dominus uobiscum,

§. X. scribit: „Miratur Zwingli iocum impium, quando litteras suas supplices coram senatu Basileensem canendo recitauit, et interrogatus de causa ridiculi cantus, responderit: non aliter in auribus Dei sonare cantus ecclesiasticos, quam quidem ipsis iam hoc suum cantandi institutum arrideat. Quibus pollicem premeret uideatur auctor diss. Halensis de ure Sabbathi, qui modum cantandi precatioes coram altari, uel ex ea quoque ratione improbat, quod aliud planne sit orare quam canere. Haec et alia, diuinae ueritati dissont, a laudabili instituto nos neutiquam deterrant. Insistimus potius tutoire consilio uestigis sanctorum Dei, uno ipsis Christi, Apostolorum et probatae antiquitatis, quorumi pietatem imitari malumus, quam ad hominum sistorum attendere deliria. uid. IOH. AD. OSANDER in Theol. Cef. P. II. de Adiaph. p. 1493. Haec tenus MAYERVS, cuius uerba repetit PET. ZORNIVS, diss. de ministris Evangelico-Lutheranis ad altare cantillantibus. Opuscul. Sacr. Vol. II. p. 198.

6) Reformatae Ecclesiae doctores Dallaeum, Voetium, et innumeros alios reuicere latina in cultu publico, notissimum est. Ex nostris nemo magis in cantum latinum inuectus est IOH. MUSCOVIO, edito Vitebergae an. 1688. libro

VI DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

Sed uitio caret pia consuetudo, et antiquitatis laude pariter ac usus, pro statu ecclesiae, in qua ritus obtinet, defendi potest. Nam, originem illius moris a primis ecclesiae natalibus reperentes, deprehendimus, Veteres Christianos certis precum formulis non tantum usos fuisse, sed easdem quoque, ad maiorem attentionem et faciliorem intelligentiam impetrandam, cantillasse. Latinarum uero ad altare precum ea est ratio, ut non quotidie, sed festis tantum sollemnioribus adhibeantur, et, si ex natura innoxii ritus et conditione coetus iudicium ferendum sit, intelligitur, ritum, haud malo consilium, quum, abrogata missa latina, uernaculo sermone celebrari sacra cooperunt, esse retentum, et hodienum apud nos, et nonnullis in aliis Saxoniae ecclesiis retinieri.

Sunt sollemnia Iesu nato sacra, memorabilia Vitebergae  
noltrae

libro in 8. hac epigraphe: *Gebrauch und Misbrauch des lateinischen Singens und Berens beym oeffentlichen Gottesdienste. Latinos hymnos etiam abrogandos censem* CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS in den academischen Reden über das Deutsche Protestant. Kirchenrecht Francof. 1747. ed. pag. 264.

7) Princeps momentum reformationis in abrogata missa latina ponit, et in fraudem gloriae D. Lutheri heriocum illud negotium Carolostadio tribuit IOH. DAN. A HOVEN in dem Entwurf der pragmat. unpartebey. Friedensgeschichte der Evangelischen Kirche in Deutschland 1756. in 8. ed. ubi Part. I. p. 106. scribit: *Der Paroibus Simon Heins war schwach, dadurch wurde den Professoren eine Thüre zur Stadtkirchen geöffnet um allda dasenige zu Stande zu bringen was ihnen in der Domkirche zu tun verweigert wurden. Es wurde also von Carlstadt mit Genehmigung einiger Raethe und Pro-*

fessoren die erste deutsche Messe auf Weinachtzeit in der Stadtkirchen gehalten, und das heilige Abendmahl unter beyder Gestalt ausgertheilt, mitbiß der Aufang von der wiercklichen Reformation in der Stadt gemacht. Ein Tag, welchen so lange die Kirche auf Erden wallet, billig bey allen wahren Christen in gesegnerem Andenken stehen und bleiben sollte In narratione, haec uerba antecedente pariter ac infrequentie dolemus perverti historias. Tribuitur Carolostadio laus missae lingua uernacula primum factae. Et repurgatione Eucharistiae an. 1522. latitante in Pathino sua Luthero, ab illo suscepit probavit quidem reverus Megalander, licet alia turbulentia et tumultuose facta ab eo improbat, nec facit Bodensteinii ea in re merita Sum. Ven. c. W. FRANC. WALCHIVS in der Geschichte der Evang. Luth. Religion p. 235. Sed Carolostadii repurgatio non tam spectabat latinam missam uernacula peragendam, quam priuatas, quas omit-

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE VII

nostrae, ob factum An. MDXXV. illis diebus in aede urbis parochiali felix initium Missae lingua vulgari, repudiata latina, celebranda. 7.) Cui fane gloriae haud parum detractum foret, si quid rituum, papismum redolens, ipsis in Natalitiis, et in ea ecclesia, quae prima Papatum propulsauit, retentum hodiernum obseruetur. Itaque data hac scribendi opportunitate, qua CIVES NOSTROS academicos ad sacra Domini nostri Iesu Christi natalitia pie celebranda, et *latinas adeo ad altare process*, cum sacerdote coniungendas, inuitamus, et tempori, et loco, quam maxime conueniens existimamus, si, originem et fata huius moris ex antiquis ecclesiae monumentis exponentes, eundem a papismi labore vindicemus. Etsi enim hodie ruinis Vrbis et principis Templi, tot editis illustribus diuinae gratiae documentis insignis, illacrumamamus, tamen ne nunc quidem in ritibus

omittendas censebat, missas, et præter ea distribuebat Eucharistiam sub utraque specie, tollebat confessionem auricularem, preces ad Santos, et id genus alia. Antecedente iam anno idem fecerant Augustiniani in templo, quod olim monasterio prope portam Elystrianam contiguum erat. Cum Lutherotora academia Vitebergensis ab Friderico Electore sententiam rogata, has corruptelas omnibus in locis abolendas censuit, uoluitque, ut usus S. Coenae iuxta Christi mandatum et modum Apostolorum restituereatur. Sub initium anni 1522. in templo parochiali communio sub utraque recepta est per conuentum inter Academiam et Senatum opera potissimum CHR. BEYERI tum Professoris et Consulis Viteb. In sequenti anno Lutherus formam missæ latine conscripsit, in eaque, temporis causa quaedam toleranda aliquandiu censuit, mortuo autem An. 1525. Friderico Electore missam Germanicam Vitebergae introduxit conscriptique. vide G.O.B.

HECHTII Reformationis Historie quae Vitebergae in 8. cum praefat. b. Patris mei prodiit, p. 451. Anno in sequente, non sine consensu Johannis Elect. Sax. Liturgiam Germanicam cum Latina coniunctione edidit Lutherus eo confilio, ut Germanica singulis diebus dominicis, Latina festis sollemnibus, Natalit. Pasch. Pentecost. adhiberetur. Quae omnia per accurate et idoneis documentis confirmata leguntur in b. IOH. WILH. IANI diss. de liturgia Ecclesiae Evangelicae liturgiae Apost. Act. II. recentiori conformi Viteb. 1721. P. P. p. 46. seqq. Sed haec non sola sunt perperam ab HOVENIO prolata, infunt libro multa alia, quae eum G.O.B. ARNOLDO longe effrenatiorem ostendunt, iure reprehensum ideo a Goettingensibus, quibus tamen acriter respondit in Addit. Part. 2. Sane omnibus fere libelli paginis in optimum repurgatorum sacerorum auctorem, et alias, quorum magnum & celebre in isto negotio nomen est, eundem iniurium deprehendes.

VIII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

tibus culpari sacra nostra patiemur, quasi minus recte quidquam ex illis apud nos obtineat, quod ideo mutandum sit, praecipue quia, mutatis ritibus, mutari doctrinam persaepe, intellectum sit, quam tamen, et si multa amissimus, intemeratam retinemus.

Erunt quidem, qui, Liturgicam hanc Exercitationem uix dignam pertractione iudicantes, censebunt, praestare argumenti doctrinalis aliquam commentationem. Sed, qui rem curatiu[m] pensitabunt, non inutilem esse laborem, qui in historia rituum insinuitur, deprehendent. Cum enim eorum, qui sacra procurant, quam maxime interesse iudicamus, ut rituum, quos ipsi peragunt, caussas et significaciones habeant perspectas; tum uero sunt alii, qui ritus innoxios et pueros discernere a superstitionis non ualent, eosque ob aliquam cum Pontificiis conuenientiam statim clamant, esse papisticos. Qui, si rem ab origine repetendo cognouerint, eos ipsos ritus, dum a superstitione purgatos, ad consensum nostrae ecclesiae cum antiqua ostendendum obtinere, tum profecto nec insigni carere utilitate, quod in antiquitate ecclesiastica ponatur studium, fatebuntur.

Publicae, quas sollemni festorum tempore sacerdos ad altare

8) De appellatio[n]e **Collectarum** habentur multa apud WILH. DVRA[N] DVM Ration. du. offic. p. 115. CARDU FRESNE *Gloss.* P. I. f. 1052. IOH. BONA Opp. p. 860. uide quoque I. A. SCHMIDII Lex. Ecl. p. 160. et IOPHI STEPH. DVRA[N]TVM de rit. eccl. cath. p. 230. edit. Lugd. in 4. Veteres suas synaxes populi collectas vocarunt, et apud TERTULLIANVM de Perseguiti colligere est, dominico die solennia celebrare, Letuit. XXIII. dies festus, dicitur dies Collectae, h. e publici ad sacra commentus. collectae igitur preces ideo appellantur, quod in publico conuentu, diu[er]s[us] populus ad sa-

era colligitur, facerunt dictae. Alii putant, orationem breuem, coll. etiam appellari, quod sacerdos, qui legatione fungitur ad Dominum pro populo, omnium petitiones compendiola brevitate colligit atque concludat. u. WALTER. STRABONEM de Rebus Ecclef. c. 22. MICROLOGVM de Ecl. Obs. c. 3. Alii putant, collectas dici, quod ex lacris libris sint collectae oratiunculae, ut ALCVINVS de du. offic. Confer CAS. CALVOER in Rituali Ecclesiast. P. I. p. 474. et GR. HENR. GOETZE Comment. i liturg. de emendar. Collectarum ecclesiast. Lub. 1724. P.P.

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE VIII

tare cantillat preces, constant certa quadam formula, et  
veniunt *Collectarum* 8) vocabulo, quo omnes designantur pre-  
catiunculae de tempore, uel ad diem festum adcommodatae,  
quae a sacerdote coram altari dicuntur. Atque eiusmodi  
formulas precum publicarum utrum primi Christiani habue-  
rint, an libere tantum atque ex tempore orarint, in Anglia  
potissimum inter Episcopales et Presbyterianos, pro diuerso  
partium studio, diuersimode disputatum fuit, illis formulas  
precum nimis interdum extollentibus, his nimium deprimenti-  
bus. 9) Vfos fuisse ueteres Christianos certis precum for-  
mulis, contendunt PHIL. IAC. HARTMANNVS, 10) GEOR-  
GIVS WALLINVS, 11) negat uero illud IOH. GEORGIVS  
WALCHIVS. 12) Utique parti non desunt rationes. Sed,  
dicet ea aetate breuioribus precibus usi fuerint fideles, factis  
insimul in pauperum usum collationibus, seu Collectis; ta-  
men non eo modo conceptae fuerunt, ut sequentibus tempo-  
ribus institutae sunt, et hodienum deprehenduntur in libris Or-  
dinationum Ecclesiasticarum praescriptae, et plerisque contra-  
ciis nostri coetus additae. Puto tales, quae commoda breui-  
tate parique perspicuitate sententiam absoluunt ad Deum Pa-  
trem directam, sic, ut periodus constet duobus membris et suc-  
cedat coronis: per Dominum Iesum Christum. 13) Apostolis  
uel

9) Auctores de ea re, *Taylorium, Bentheimum, Clarkson*, vide recensitos  
IN L. A. FABRICII *Bibliograph. Antiq.*  
p. 507. edit. nouiss. item p. 578.

10) *Lib. de Gestis Christianorum sub Apostol.* p. 412. contra Anabapti-  
stas aliosque ostendit illud Item FRID. SPANHEMIUS T. II. Opp. p.  
929. et 1283. IOH. DVRELLVS in  
*Hist. Rit. Eccl. Angl.* p. 78.

11) *Dissert. de certis precandi for-  
mulis earumque in ecclesiis usu legitimo*  
Vpf. 1710. P. P. confer quoque PET.

IAENICHEN *Diss. de ordinandis pre-  
cum formulis Thor.* 1720. P. P.

12) *Hist. Eccl. N. T.* p. 718.

13) Pleraque ad Deum Patrem  
sunt directae, non quod Veteres Deum  
filium et Sp. S. exclusos esse voluerint,  
sed, quia ipse Servator pieces ad Pa-  
trem dirigere iussit, et ab omnibus esset  
Trinitatem compellare et concludere  
per filium tuum. DES. ERASMVS in  
libro de modo orandi, p. 17. rationem  
dat, quia in sacris libris nulla oratio  
deprehendatur ad Sp. S. directa et ad  
Deum

B

X DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

uel apostolico saeculo principium eiusmodi Collectarum tribuunt CLAVDIVS ESPENCEVS,<sup>14)</sup> pariter ac CORN. SCHVLTINGIVS.<sup>15)</sup> Sunt quoque in his, quibus olim sollemniter ecclesia uti consuevit in cultu diuino et ante et post consecrationem coenae dominicae, quae respiunt apostolicum ac sincerum spiritum. Iam quidem certum est, Liturgias Marcii Petri, Iacobi, quae sub apostolorum nominibus existant, esse spuriis, quod probabile est, aeo apostolico Fideles preces, locorum ac temporum rationi conuenientes, ex tempore fudisse, reliquis consensum suum per AMEN sollemniter sucllamatum testificantibus.<sup>16)</sup> Neque tamen, eos propterea omnes consuetas tritaspernasque precum formulas aspernatos esse, dixeris. Nonnullas haud dubie a Iudeis acceperant, quas a prima aetate

Deum filium tantum illa protomartyris Stephanii: Domine eleu suscipe spiritum meum. Offerunt, dicit R. L. R. V. Mag. in Exeg. Miss. Deo atri permediatorem Dei et hominum. Hinc RUPERTVS TVTIENSIS de Dm. Offic. l. I. c. 31. dicit de illis: in fine orationis subiungitur: per Dominum nostrum Iesum Christum, quoniam illa mediator est Dei et hominum, et impossibile est, aeterna Dei beneficia per aliam viam decurrere ad nos, quam per ipsum. Per ipsum ergo peimus, et impearamus. u. IOH. STEPH. DVRACTVS c. 1 p. 233. edit. Lugd. in 4.

14) Commentarii de Collectis p. 81. in quo insigni opere de origine, antiquitate, auctoribus, s. inventoribus, ratione, atque usu Collectarum agit indecessus antiquitatis indagator.

15) Biblioth. Ecclesiast. T. I. P. II. f. 137.

16) 1. Cor. XIV. 1. Est haec for-

mula soleannis liturgica, vel assueratio fortior, vel uotum, ut hiant, quae sacerdos nomine coetus a Deo petit. Sic ab initio nascientis ecclesiae iam in usu fuit nota conclusionum et significulum orationum. Vide IOH. STEPH. DVRACTVM de Rit. Eccl. p. 235. edit. cit. Exstas quoque de uocis Amen sensu et usu ex antiquiss. sacr. luculenta commentatio IOH. GEORG. WEBERI lenae 1734 edita.

17) Conuenientiam publicarum precum in ecclesiis nostris cum iis, quae in Synagogis Iud. in usu fuerint, docuit CAMPEL VITRINGA Synag. P. III. L. I. c. I. Habent etiam, quae id uberioris declarant IOH. FRANC. BUDDEVS de ritibus eccl. Latinae Iudeicis. Formulae autem precum apud Iudeos usitatae non solum in libris eorum ritibus, sed etiam apud SELDENVM de Synedr. l. 3. c. 12. et BVXTORFIVM Synag. Iud. c. 10. habentur.

18) Haec in loca egregie com-  
mentatus

tate sibi familiares, etiam post receptam Christi retinuerunt doctrinam, quemadmodum multa alia ex Synagoga Iudaica in meliorem sanctioremque usum transtulerunt,<sup>17)</sup> maxime, quum quotidiana templi Hierosolymitani sacra statis precum horis frequentarent, Act. II. 46. et Seruator ipse consueto Iudeorum cantico uteretur, Matth. XXVI. 3.

Psalmos et alios hymnos, quos auctoritate Apostoli 1. Cor. XIII. 26. Ephes. V. 19. ad Colos. III. 16. in coetibus Christianorum usitatos fuisse scimus,<sup>18)</sup> nemo negaverit esse certas precum formulas. Neque ab ipsis neglecta censenda est Oratio Dominica,<sup>19)</sup> quam Christus ipse discipulis suis, certam precan- di rationem a se requirentibus, Luc. XI. 1. 2. praescripsit et commendauit.<sup>20)</sup> Hinc, quia Gregorius M. P. R. 21) apostolicum

B 2

stolicum

mentatus est Sum. Reuer. IOH. ZACH-  
BILLIGER diss. de Psalmor. et Odar.  
Sacrarum dñe mine, Vitcb. 1720. P. P.  
Confer. quoque S. Venerab. IOH. GE.  
WALCHIVM de Hymnis Eccl. Apostol.  
len. 1737. P. P. dissent.

19) De frequentissimo usu Orat. Domini, in omnibus sacris officiis, baptismo, eucharistia, precibus matutinis et vespertinis, priuatis et publicis Vet. Christianorum, testimonia collegerunt Card. BONA Rer. Liturg. L. II. c. 15. IOH. BINGHAM Orig. L. XIII. c. 7. imprimis vero S. Vener. IOH. GE. WALCHIVS diss. de usu orationis dominicae apud V. t. Christianos len. 1729. P. P. Dicebatur fidelium oratio, quia his per modum praerogativa eius recitatio permittebatur, et catechumeni, quod nondum per aquam filii Dei facti, cum non patrem compellare possent, ea arcebantur. Quia in re neque recte sensisse semper Veteres, nec adcurate egisse, probe obseruat WALCHIVS c. I. p. 34. Dicebatur quoque Oratio quotidiana,

quia omni loco et tempore adhiben-  
da esset, qua deleri peccata levia et  
quotidiana AVGUSTINVS dicit. Vide  
Progr. Helmst. de disciplina ecclesiae  
circa orationem dominicam 1751. P. P.  
Credibile profrus est, quod HIERONY-  
MVS L. 3. contra Pelag. scribit: *Apostolos*  
*quotidie, in corporis illius sacrificio cre-  
denies, orasse: Pater noster, et rel.*

20) Quia est formula precum ab ipso seruatore tradita, ab his eius pro-  
prietatibus, pro suadendo eius usu, ar-  
gumenta desumferunt doctores ecclae-  
siae antiquissimi TERTULLIANVS de  
Orat. c. IX postquam singulas par-  
tes Orat. domin. exposuit: *D. us, in-  
quit, solus docere potuit, ut si uellet o-  
rari: ab ipso ordinata religio orationis  
et de spiritu ipsius animata suo prinile-  
gio ascendit in coelum, commendans pa-  
tri, quae filius docuit.* Sic quoque  
egregie CYPRIANVS de Orat. Dom.  
libro p. 99. *Quae potest esse magis spi-  
ritualis oratio, quam quae a Christo no-  
bit data, -- quae uera magis apud Pa-*

srcm

XII DE SACERDOTE PRECES DIER. FEST.

stolicum morem adpellat ad solam Orationem Dominicam eucharistiae consecrandae, 22) uerisimile fit εὐλογεῖντας et symbola consecrantes eodem ritu, atque hodie nostris in ecclesiis adsolet, actioni sacrae Orationem Dominicam præmisisse.

A Dominica Oratione si discesseris, uix aliam ullam uidetur Apostoli certam precum formulam, quae in cultu Dei publico esset necessario seruanda reliquisse. Immo Veterum in Liturgiis discrepantia arguit, antistites ecclesiarum suo quemque arbitrio alias atque alias preces concepisse, prout ipsis ad excitandam in se atque aliis pietatem opus esse uide-

*rem precatio, quam, quae a filio, qui est ueritas, de eius ore prolata est, ut altere orare, quam doctur, non ignorantia sola sit, sed et culpa. Amica et familiaris oratio, Deum de suo orare, agnoscat Pater Filii sui uerba. etc.*

21) L. VII. Epist. 64. quae est duodecima libri noni editionis Monach. Benedicti ubi uide notas T. II. Opp. p. 940. Memorabilis ille locus, in quo uult Gregorius, post canonicam precem super corpus et sanguinem Redemptoris dici Orationem Dominicam solam, et sequi morem apostolorum, male habuit eruditos. THEOD. CHRISTIANENTHAL de Canone Missae Gregoriana §. VII. orationem dominicam in consecratione eucharistiae istius Papac tempore non amplius in usu fuisse, putat, unde eandem restituerit. CHRIST. MAT. PEAFFIO de Confess. Ver. Eucharist. §. 2. haud probabile uidetur, Apostolos oratione dominica consecrasse, quia nihil in ea sit, quod ad benedictionem symbolorum eucharisticorum perficiendam spectet. Maturus quoque in antiquissima Confess. Apof. Liturgia nec a Patribus primorum seculorum de ea re quidquam haberit. Sed firmatur illud quoque uerbis WALAFR. STRABONIS

de Rebus Ecclesiast. c. 22. scribentis: Traditio maior um est, apostolico anno missas ita peractas, ut hodie fit apud Latinos in die Paracœus, nli communis anniversarum oratione dominica. Sic faltem hoc plenum et euidentis est, antiquissimum esse usum orationis dominicae in eucharisticae celebratione.

22) Inquit IOH. FRIDERICI in Liturgia Ver. et Noua p. 32. Vix est credibile, pios Vereres in re maioris momenti nullam prorsus iradituisse formulam, immo tradiderunt publicas precum formalas, easque aequaliter obseruandas. Si GENNADIO MASSIL. de Ecclesiast. Dogm. c. XXX. credimus, mandarunt Sed, si legem aliquam tulissent Apostoli de seruandis his uel illis formulis, non tam insignis discrepantia in Liturgiis Veterum deprehenderetur. Liturgiae apostolorum sunt commentaria, et, postquam praescriptae et introductae in quibusdam ecclesiis erant, a fundatoribus earum appellatae sunt, obscurum autem est, ubi primum, et per quos, coepierint. Quod ad GENNADIVM adtinet, est scriptor quinti saeculi, qui forte, rhetoricatione aliis, uocem apostolicus longe alio sensu adhibet.

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XIII

tidebatur. 23) Tales crediderim fuisse, de quibus memorant scriptores aeuo apostolico proximi, IVSTINVS M. 24) TERTVLLIANVS, 25) et, qui collatas preces nominat, ARNOBIUS 26). At Saeculo P. C. N. IIII. inualuerunt iam praecepue in ecclesia Graeca complures sollemnes precandi formulae: *Sursum corda: habemus ad Dominum; dignum et iustum est.* 27) Nihil hic dico de precibus in missa Catechumenorum adhibitis, propterea, quod non ad altare, sed in naue ecclesiae, uidentur factae fuisse. 28) Illae igitur, quae in missa fidelium coram altari, sive in officio eucharistico, recitabantur, constabant

B. 3 for-

23) Est haec sententia CARD. BOHNE Rev. Liturg. L. I. c. 9. IOS. BINGHAM, Orig. L. XIII. c. 5 quod agit de origine et usu liturgiarum in statis precum formulis, nimius est in formula precum ad acuum apostolicum referendis. Non solum enim orationem dominicam, sed etiam preces, quibus nos in baptismo Christo addicimus, formulas palmarum et glorificationem Dei ex sacris libris deponitas, item, illam benedicendi: *Grata Domini nostri Iesu Christi: caritas Dei patris, flatus esse precum formulas, contendit, quarum usus non cum praxi apostolica pugnat. Libertatem primaeuan contra praescriptas formulas defendit FRID. SPANHEMIVS, Tom. II Opp. p. 930 et dicit, in iuvenile ecclesia ardentissimas in Eucharistia fuisse preces, non tamen ex praescripto certarum formularam. Fuisse plerasque, ut TERTVLLIANVS dicit, sine monitore de peccatore. Fuisse quidem quendam precum publicarum ordinem, uarium tamen, qui post ea praescriptas formulas generauerit. DAVID CLARKSON autem, dans discours sur les liturgies, plane non admittit statas certasque formulas iam usitatas fuisse. uid. IVST. HEN. BOEHMER diss. de iure liturgico p. 35.*

24) Apolog. II. p. 52. edit. Benedicti, ubi κατά τις mentionem facit, quae praeceat sacerdos. Multa quoque exempla ex patribus Saec. II. et III. quae uidentur statas precum publicarum formulas indicare, collegit BINGHAM l. I. p. 127. seqq. Vol. 5.

25) Apologer. p. 322. edit. HAVERCAMP. Quia ORIGINES Homil. II. in Ierem. scribit: frequenter in oratione dicimus: *da omnipotens: da nobis partem cum prophetis, da cum apostolis Christi tui, tribue, ut inueniamur ad uestigia unigeniti tui etc.* CENTVRIA TORES MAGDEB. Cent. 3. c. 6. inde concludunt, tempore Origenis formulas prectionum sollemnes usitatas fuisse.

26) Adu. Gentes L. I. c. 15.

27) CYRILLVS HIEROSOLYMIT. in Catechesi, passim, quae loca excerpit BINGHAM Tom. V. p. 161.

28) Fiebant haec preces pro Energumenis, Competentibus, Poenitentibus, quarum formulas ex CHRYSOSTOMO et Constitution. Apost. uolumine exhibet BINGHAM L. XIII. c. 5.

XIIII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

formulis quibusdam sollemnioribus, quarum usus adeo nihil obfuit pietati et ardori precantum, ut etiam constet, Veteres nunquam ardentius quam ad Eucharistiam orasse 29) Recitabat Sacerdos inuocationem, sive Collectam, 30) facta deinceps oblatione, idem longiores preces praeibat, in quibus erat gratiarum aetoria mortuorum, et deprecatoria uiuentium memoratio. 31) Easdem ad Eucharistiam preces in Latina Ecclesia non sine aliqua nota sollemnium formularum describit AVGVSTINVS, 32) cuius aetate consenserant iam plures Occidentis ecclesiae in alias formulas precationum prae- scriptas, quae postmodo paullatim sunt auctae atque emenda- tae.

29) Orarunt, ut TERTULLIANVS Apologet L. I. c. 39. ait, pro imperatoribus, pro ministris eorum ac portativis, pro statu facili, pro rerum quiete, pro mora finis. Idem nos de publici coeru nostri precibus affirmare possumus, adeo ut nihil inter ueterem et nostrum orandi modum discribimus sit, nisi quod haec apud nos preces non ad altare fiunt, sed in ambo post concessionem sacram praeceun- te ibidem sacerdote ad Deum fundan- tur, praemissa confessionis et absolu- tions formula, ut tanto maiori fidu- cia Deum nobis placatum imploremus. Quoniam igitur omnia ea precari so- lemus, quorum ipsi vel alii penes nos qua corpus et animam indigent, eo quidem tempore, quo sacra symbola in altari palam sunt exposita, cur eas preces ad eucharistiam appellare nolles, aut similes his iudicare, quae o- lim in missa fidelium coram altari sie- bant?

30) Antecedebant Collectam pre- ces die προτερίων s. per exclamatio- nes solitas indictae Litaniis affines, quod petitionibus Κύριε λέγετο adde- batur. Quae insequebatur precatio-

Gracci επίκλησον, Latini Collectam, uocabant, quod collectio et commenda- tio esset precum populi. Eius formu- lam habes in CONSTITVT APOST. L. VIII. c. VI. apud AVGVSTINVM de dono perfuer. c. 23. vocatur inuoca- tio super fideles. CASSIANVS In- sert. Lib. II. c. 7 intelligit precem in clausula divini officii colligentem ac concludentem antegressas populi preca- tiones.

31) Formulam gratiarum actionis et orationis maioris luculenter expo- nit BINGHAM in libro XV. Vol VI. Orig. Confer quoque CHR. MATTH. PFAFFII diss de oblat. et conferat- eucharistica insertas eius Syntagma. dis- sert. theol.

32) Hamil. LXXXIII de di- uis Tom. X. Tenetis faciemmentum ordine suo. Primo post orationem, „quum dicitur: Sursum corda, respon- „detis: baheamus ad Dominum, sequi- tur episcopus, qui offert et dicit: „gratias agamus Domino Deo nostro, et „uos attestamini: dignum et iustum est, „dicentes. Deinde et post sanctifica- tionem sacrificii dicimus orationem „domi-

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XV

tae. 33) Qua in re Saec. V. GELASII P. R. opera in primis  
eminuit, qui preces tum a se, tum ab aliis, compositas lima-  
uit politius et disposuit ordinatius. 34)

Has atque alias deinceps Saec. VI. GREGORIVS M. in  
unum rededit, edito Sacramentarii libro, 35) cuius sub initio  
legere est canonicam illam precem a scholastico, h. e uiro  
erudito quodam compositam, eandemque a Gregorio emen-  
datam: quae, ad exemplum carminum apud Romanos uita-  
torum, hodie tam sollicite in coetu pontificio recitari a sacrifici-  
culo debet, ut ne in syllaba quidem fas sit errare. 36) At-  
que

,,dominicam. Post illam dicitur: Pax Memininit eius MICROLOGVS de  
,„nobiscum.

33) Quum multitudine eiusmodi  
precum iam laboraret ecclesia, et, qui  
eas componerent, uel aliunde descri-  
berent, minus idonei ad eiusmodi ne-  
gotium uiderentur, quod ea quoque  
adderent, quae cum fide minus con-  
gruebant, aliquot in concilio decre-  
tum fuit, ne quae Collectae in sacris  
admitterentur, nisi a superioribus  
comprobatae. Conc. Corthag. III. Can.  
XXXII. Tom. II. Concilior. p. 170.  
ix. Conc. Milevir. c. XII. Eam ob cau-  
sam CAROLVS M. Imp. in Legg.  
Franc. nolunt, ut Collectae preces, ab  
ecclesia non probatae, reicerentur.

34) WALAFR. STRABO de Re-  
bus Eccl. c. 22. uel ut SIGEBERTVS  
GEMBLAC ad a. 487. loquitur, cauo  
limatoque sermone compofuit.

35) Iohannes Diac. in vita Gregorii,  
quae accessit Tomo IIII. Opp. Gre-  
gor. edit. Benedict. Lib. II. c. 17. de  
hoc Papae labore scribit: Gelasianum  
Codicem, multa fabraben, pauca con-  
uertens, nomilla adsciens, coarctauit.

Memininit eius MICROLOGVS de  
Ecl. Obs. c. 22. 31. & cum amplissimis  
illustrationibus editus est a HVGONE  
MENARDO Parisiis in 4. dein inseritus  
Tom. III. Opp. edit. splendidiss. Be-  
nedictinor. Monach. in Gallia,

36) Appellatur Canon Missae Gre-  
gorianus, et quanquam in coetu pon-  
tificio celebratissimus est sanctissimus  
que habetur, tam parum tamquam faveat  
nouitati Papatus, ut potius huins ca-  
nonis a portionibus romanarum ecclesiae  
eroribus dissensu peculiari libro  
ostenderit THEOD. CHR. LILIEN-  
THAL de Canone Missae Gregoriano  
Lugd. Bat. 1740. in 8. edito. Ut rae-  
cam ex GREGORI libris, sigillatimque  
epistolis, idem ostensum esse in argu-  
mento de iustitia christiana, cultu,  
principio credendi, a I. P. STVTE,  
qui Lipsiae 1715. edidit. Gregorium  
M. Papam Lutheranum. Ceterum de  
auctore huius Canonis multa est dispu-  
tatio in Notis CAITE. MAR. MER-  
ATI ad GAVANTI Thef. Sacr. rit.  
T. I. p. 237. ubi etiam scriptores, qui  
de eo differuerunt, magno numero ex-  
citatos inuenies.

XVI DE SACERDOTE PRECES DIES. FEST.

que hae Gregorii tum collectae, tum eucharisticae, preces, ad mirabili celeritate fere per omnes Occidentis ecclesias in cultu Dei publico inualuerunt. 37) Sed, quia praeter has precum formulas aliae ab aliis auctoribus nouae concinnatae, et persaepe antiquis ecclesiae doctoribus fraudulenter adscriptae, 38) a grege fidelium nonnunquam recipiebantur, accidit, ut, crescente per superstitionem cultu Sanctorum, in fraudem sacerdotii Christi, horum auxilia expeterentur. 39)

Iaque, repurgatis per D. Lutherum sacris, preces ad altare, quas error atque inscitia peperit, repudiatae, aliae paulo meliores, emendatae, 40) antiquae uero et Gregorianae

quae-

37) Quibus id effectum fuerit arbitrus docui in dissert. inaugurali, qua Hist. Lat. Ling. in sacris publicis Lips 1756. P. P.

de modo orandi Deum, ait, poterit sibi quisque deligere certas ad plerasque precatandi occasiones, formas, uelut ad implorandum auxilium aduersus reuaturam, ad impetrandum charitatis et fidei agumentam, pro pace publica, pro profectu euangelii.

38) Testantur literarum monumenta, a multis eiusmodi preces eminentio celebrium doctorum nomine suis fe se compositas. Referri hoc possunt Collectae Ambrosianae, de quibus scriptor Pontificius CORN. SCHVLTINGIUS Biblioth. Ecl. Tom. III. p. 2 f. 175. hanc profect censuram: De Ambrosianis Collectis non satis comprehenduntur, an ab ipso Ambrofio aliquae sint compositae atque conscripiae, an potius Ambrosiano officio ad imitationem Gregoriani spiritus, quod magis puto, postea sint oppositae. Idem iudicium rendunt de iis, quas HIERONYMO trihuncunt, atque eius ex Commentariis in Psalmos excerptae a SCHVLTINGIO sunt, nec non de aliorum Collectis, quas Biblioth. Ecl. Lib. I. p. 227. idem inseri curavit. Quamvis autem sint a diversis auctoribus, qui ignorantur etiam, compositae, omnes tamen sunt piae, ex quarum aceruo, ut ERASMVS Lib,

39) Tales sunt Collectae sanctorum intercessionem implorantes, aut ipsorum merita iactantes, quas specimini loco recenser SECKENDORFIVS Hist. Luteranismi, Lib. III. p. 251. et NIC. STAPHORST. Hist. Ecl. Hamb. P. I. p. 61. et 244. Euohui quoque possunt, quae ex uariis liturg. libris, exhibet EDM. MARTENE de Antiq. Ecl. ritibus, Tom I. p. 370. edit. Antw. in fol. In Breuiario Rom. Venet. 1655. edito eiusmodi preces ad fanaticum hominem Franciscum, impressione stigmatum in corpore clarum, ad Elizabetam Reg. Lusitan. Bernardinum Senensem, et cum plures fiducios sanctulos alias directas deprehenduntur.

40) Minus necessariae sunt u. c. preces in benedictione uestimentorum, qua-

## LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XVII

quaedam, in quibus ueteris ecclesiae spiritus elucebat, 41) ne morosius a priscis Patribus recedere uideremur, reductae sunt, quae quidem nunc quoque, utiliter sane, in cultu Dei publico adhibentur. 42)

Sequitur, ut ostendam, has easdem precum formulas a Veteribus etiam cantillari solitas fuisse. Ac profecto negari non potest, morem canendi in Christianorum conuentibus coepisse cum ipsa disciplina Christi, nascentemque iam ecclesiam statu tempore certis et communibus cantionum formulis supplicasse.

Didi-

quatum, formam ex *Constitut. Fr. Praedicat.* Reg. Augustini. Romae 1566. edit. exhibet G. H. GOETZE Tr. de emendatione Collectarum eccl. p. 15. Qua de re grauitate iam conquestus est MART. CHEMNITIUS Exam. Conc. Trid. P. III. Illud libenter fateor, in hymnis et Collectis multas ueras et pi- as sententias eleganti et erudita brevitate contineri, quas merito amamus, retinemus et usurpamus. Dolendum vero est, multa admixta esse, quae uerbo Dei non sunt conseruare, sed manifestam perfisionem redolent. Ob quam censuram ei dicam scribit SCHVLTINGI-  
vs B. E. T. 4. P. I. f. 61. nec concoquere potest Collectarum emendationem a nostris suscepit. In eo non leuauer, inquiens, a nobis peccatum est, quod Litanias, Collectas et preces nariis in locis corrupstis, depravatis et ad uestras opiniones ruendas inflexistis, et sic imperito populo imposuisti.

41) Recitum de his iudicium tulit Card. BONA Rev. Liturg. L. II c. V. Elucet in antiquis prae nouis, ueteris ecclesiae spiritus elucet in rebus ipsis apo-

solica quaedam grauitas: in sensu et collocatione uerborum grata quaedam et concinna perspicuitas, adeo ut brevi compendio multa contingantur. Addit eis uenustatem, ipsum genus compositionis, non soluunt et nagan, sed certo ambitu definitum, naviisque schemaribus exornatum. Hinc recte de iis CHR. GER-  
BERVS „Es sind noch viele dergleichen schoene Collecten in unserer Kirchen Agenda vorhanden, die alle noch aus der alten reinen apostolischen Kirchen herkommen, ehe die Abgo-  
tterey mit Anrufung der Heiligen eingeführet worden, und waere zu wünschen, dass solche den Gefangbüchern beygebracht, und also jedem be-  
kannt würden. Denn bey mœstlich-  
chen Gottesdienste werden sie nicht alle gebraucht, hingegen koente sich manches christliches Herz derselben zu seiner Privatandacht bedienen.“ p.  
„351 der Hist. der Kirchengeremonien in Sachsen.“

42) Maxime quia lingua vernacula nunc habentur, si paucas istas excepitis latinas, quae diebus festis in quibusdam magnarum ciuitatum ec-

C

clesias

## XVIII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

Didicerant hoc primi Christiani ab *Apostolis*, 1) qui una cum Christo finita ultima coena ὑμέσαντες 2) Deo gratias egerebunt. Huc respiciens altero a fundata religione christiana saeculo IVSTINVS MARTYR, 3) Christianos, ait, suis in conuentibus Deo ὑμνουσ πέμπειν, eiusque rei magistrum habere Iesum Christum. Sub idem tempus PLINIVS ad Trajanum

elefis cantillantur. Et fuit is mos veteris ecclesiae, ut lingua vulgari et intelligibili preces publicae fierent, quod ex ritu antiphonarum demonstrauit in dissertatione mea p XVI hui. Program citata Sant etiam sacra vernacula, constanter in omnibus ecclesiis Christianis retenta, quemadmodum vsserius et WHARTONVS aureo libro de Scripturis et Sacris vernaculis Lond. in 4 edito, ostenderunt. Factet id quoque, suae simili ecclesiæ movem adeusans, DESIDER. ERASMVS lib de modo orandi. Cuius verba, quia admodum sunt memorabilia, iam adscribamus. „Publicas preces sacerdos olim sic pronunciat, ut torus populus et audiret et inteligeret, eoque ueluti pariter cum illo oraret, tacitis tunnaxat affectibus, demum vocè clara accineret Amen. Id tum commode sibi, quia sacerdos ea lingua sacrificabat, quae populo erat communis. Nunc linguis nouatis, ritus tamen uetus manet. Nec satis adhuc constat, utrum magis expedit relinque re, an nouare, quod iam inueteratum est. Scio hanc esse multitudinis imperitas naturam, ut magis reveretur, quod non intelligit. Sed interim minus utilitas reddit ad populum, ad quem sola vox antistitis peruenit. Paucis deinde interiectis, suadet, ut totus cultus diuinus, qui tribus porrissimum

constat: hymnis, doctrina, et preicatione, lingua toti populo nota perageretur.

1) In primis a PAVLIO praecepiente, ut se ipsi inter se docent Psalms et Odis spiritualibus. Cor. XIII. 26. Coloss. III. 16. Ephes. V. 9. Quam ob rem AVGUSTINVS Epist. CXVIII. c. 8. Ab ipso, inquit, Domino, et ab Apostolis, psalmos et hymnos canendis habemus documenta, et exempla et praecpta.

2) Matth. XXVI. 30. Contendunt multi ea in re ingenium ut inuestigarent, quis ille fuerit hymnus, quem Christus cum Apostolis cecinit. Ego vero uix ad sentio Grotio nouam a lectu compositam Odam existimanti: quomodo enim concentus Apostolorum in ignoto ipsis cantilena coniungi potuisse? magis accesserim Buxtorfio, qui notissimum illud paschale canticum Iudaicum, Psalmus Davidicis septem a XIII usque ad XVIII. constitisse arbitratur. Caeterum Christianos, Apostolorum aetate in conuiniis canere solitos, docent PAVLLI verba, quibus Ephefios Dei spiritu impletos, iubet cap. V. in agapis Odas decantare.

3) Apolog. II. p. 36.

4) L. X. Epist. 97. ad Trai. Solent plato

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XVIII

ianum Imp. de Christianis in Bithynia scribens, refert, eos in conuentibus suis antelucanis Christo carmen dicere. 4) Quae SECUNDI uerba eius fere aequalis TERTULLIANVS 5) repetens, illos Christo canere dixit. Idem hic alio loco memorat, in sacris Christianorum conuentibus suo tempore ex toto coetu aliquem, qui canendo praeiret, prouocatum fuisse. 6)

C 2

Illiud

*statu die ante lucem conuenire, carmen  
que Christo, quasi Deo dicere secum in-  
uicem.* Plerique, qui peculiaribus li-  
bris et dissertationibus, uel ipsam  
PLINI epistolam, uel hunc eius lo-  
cum illustrauunt, ut CHR. KORTHOL-  
TUS, H. ALBINVS, I. H. BARTELS,  
IVST. HENN. BOERMERVS, incli-  
natiioribus animis in cantu Veteri Chri-  
stianorum eo, quem sacri conuentus  
tempore instituerunt, consentiunt. Con-  
stat autem ut b. I. M. GESNERVS in  
sua Plini editione ad h. 1 obseruauit,  
Romanos id omni uocare consuesse  
carmen, quod non omnino metro ad-  
structum conceptorum verborum for-  
mula estet, quemadmodum ex LIVIO,  
et collectis a BRISSONIO locis intel-  
ligitur. Sicut et apud Graecos ποίησα  
tum solutum, tum pedibus adstrictum  
sermone in significavit, monente I. A.  
FABRICIO Bibl. Gr. L. I. c. 9. p. 64.  
et ad Cod. Apocrypb. N. T. p. 374,  
Hinc reprehendit PET. ZORNIUS  
Opus. Sacr. Tom. I. p. 67. STILLING-  
FLETHVM, qui Orig. Sacr. p. 397 ex  
his PLINI uerbis cantum primitivae  
ecclesiae colligere uoluerit, insigni te-  
stimonio eum hymnorum sacrorum in-  
ter primos Christianos usum non sa-  
tis perspectum habuisse. Contendit  
enim, a PLINIO per carmen indicari  
preces fixas et sollemnes, praesertim,  
quum dicendi, non canendi uocem ad-

hibeat. Sed obstat locus TERTUL-  
LIANI, scriptoris non multum illa ae-  
terisque inferioris, qui SECUNDI uerba re-  
petens, doceat, quid sit carmen dicere,  
dum per cantandum illud exponit. Fu-  
it uero cantus in ecclesia primorum  
P. C. N. saeculorum non artificialis, qui  
Sacc. IIII. introduci coepit, sed sine  
uarietate modorum planus et simplex,  
adornante id BINGHAMO Orig. L.  
XIIII. c. I. § 15. itaque Christiani,  
quos PLINIVS memorat carmen Christo  
aixissi, fortasse in conuento sacro  
certas quasdam precum formulas, me-  
tro non adstrictas, rudiori modulo  
cantillarunt, iisque laudes Dei et Chri-  
sti celebrarunt.

5) Apologet. c. II. p. 25. PLINI-  
VS, quam Provinciam regerer -- consu-  
lit Traianum Imperatorem, allegans  
praeter obstinationem non sacrificandi,  
nibi aliud se de sacramentis eorum com-  
perisse, quam coetus antelucanos ad ca-  
nendum Christo ut Deo.

6) Apologet. c. XXXVIII. p. 325.  
ed. HAVERCAMP. Ut quisque de Scri-  
pturis sanctis, uel de proprio ingenio  
potest, prouocatur in medium Deo can-  
ere. Postmodo autem rebus ecclesiae  
auictis, quia cantica sacra quidam ex  
plebe incipiebant iminatura et non usi-  
ta, Sacc. IV. Synodus Laodicena san-  
xit,

XX DE SACERDOTE PRECES DIES. FEST.

Illud quoque usitati Saec. III. in ecclesia cantus religiosi testimonium est, quod a patribus synodi Antiochenae Paullo Samosateno criminis datum legitur, quod sua in ecclesia hymnos, in laudem Christi cantari solitos aboleuerit, introduxit nouis ad ingenia mulierum attemperatis. 7) Denique IOH. CHRYSOSTOMVS narrat, omnes olim in cultu Dei publico una et communis uoce cantillasse. 8)

Quod

xix; non oportere praeter canonicos canores, qui suggestum ascendunt et de membrana canant aliquos alias canere in ecclesia u. BALSAMONEM ad h. can. Canebat autem praecendor nonnunquam solus, populo silente, qui vel continuo cantu vel alternatim conieebat. Vide IO. ANDR. SCHMIDII diss. de Cantoribus V. et N. T. Helmst. 1708. P. P.

7) In Epist. Patrum Syn. Antioch. apud EVSEBIUM Hist. Eccl. L. VIII. c. 8. Vide ERN. SAL. CYPRIAN de propagatione haereticorum per cantilenas c. 4.

8) Homil. XXXVI. ad 1. Corinth p. 401. ed. Francof. it. Homil. in Psalm. CXXXV. Tom. III. p. 716. edit. Frf. et AVGVSTINVS Epist. ad Ianuar. CXVIII c. 18. quoniam tempore in sacris publicis sancta cantant per se stantem esse, nisi quoniam legatur, et ansistes clara uoce deprecetur.

9) Exstat pereruditum opus IOH. BONAE Card. de divina Psalmodia, quod caeteris eius Opp. iunctum editis accessit. In ecclesia perpetui usus fuisse Psalmorum cantum, ex variis Patrum locis, praeter alios ostenderunt IOH. HORNBECKIVS L. I. Mellei, Sacr. p. 308. et IOACH. HILDE-

BRAND de sacris publicis Ver. Eccl. p. 89. Cultus publicus Vet. Eccl. plenumque a Psalmodia incipiebat, et ipsa librorum saeculorum lectio erat Psalmis intermixta. Quo in cursu autem idem, et quomodo, interdum ab uno, reliquis silentibus, interdum a tota congregatione, sed non aliter nisi astantibus cantari confuerint, exponit BINGHAM Orig. L. XIVI. c. I. Rationem Psalmodie hoc in Romana ecclesia usitatae cognoscere licet ex GAVANTI Theb. sacr. rituum T. III. editionis Rom. an. 1738. ubi quoque de Psalterio Romano eiusque uerbius, in notis et additionibus c. IET. MAR. MERATI, quae ad historiam istius rei pertinent, plura inuenies pag. 287. Ibidem in MERATI observationibus de hymnorum in ecclesia origine, antiquitate, auctoribus, hanc lane inutilia deprehendes T. II. P. I. p. 259. et miraberis Romae, inter scriptores laudari ab eo SCHVRZFLEISCHIVM nostraten de hymnis Ver. Ecclesiae. Quo autem tempore Symbola, Apostolicum et Nicaeno - Constantiopolitanum cantari in ecclesia coepi- rent, uix certo diei poterit. Vulgo TIMOTHEVS Ep. Constantinop. ecclesiae Sacr. VI primus omnium ut reliquias Macedonianae haereseos deleret, illud in publica synaxi canendum iussisse creditur. In quibusdam eccl.

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXI

Quod, quum etiam nunc in hodiernis Christianorum templis fiat, planum et euidentis est, cantum religiosum, quo Psalmi cum ceteris canticis diuinitus inspiratis 9) itemque alii Hymni a doctoribus ecclesiae compositi olim decinebantur, 10) et antiquissimam cultus publici partem, et omnibus Christianis communem fuisse. 11)

C 3

Obti-

ecclesis receptum est ut presbyter ini-  
tium symboli lecto euangelio canat,  
in ecclesia vero Lipsiensi sub initium  
sacrorum publicorum idem latina lin-  
gua artificialiter a choro cantatur.  
Ne-  
que eriam putandum est minus adeu-  
rate illud symbolum lingua vernacula  
la ab LVTHERO esse illo hymno reddi-  
tum, qui in nostris ecclesiis ipsum ser-  
monem sacrum praecedens cantillatur.  
Quin si recte perpendaris miraberis b.  
Viri operam. Vid. THEOPH. RAI-  
DERN de hoc argumento diss. Mij-  
nacae 1704. editam.

10) Hymnis condendis saeculo  
praecipue IIII. operam dederunt  
GREGORIVS NAZIANZENVS, SY-  
NESIVS, DAMASVS, HILARIVS,  
PRUDENTIVS, AMBROSIVS, SE-  
DVLIVS, compluresque alii. Quo-  
rum hymni, postquam in cultu publi-  
co usurpati, succedente tempore ad-  
uersus sanctos exhibiti, nouisque ac-  
cessionibus ita deformati sunt, ut er-  
roribus Romaniae ecclesiae patrocinii  
praebent: b. LVTHERVVS curavit,  
ut Psalmis Davidicis, veteribusque  
hymnis restitutis, lingua vulgari et  
apris melodiis cantari a qualibet pos-  
sent. Ita SEDVLII a Solis ortus car-  
dine, AMBROSI: *Veni redemptor gen-  
tium*, et aliorum alia cantica pii ho-  
mines restituerunt. Ex quibus quan-

tum utilitatis ad ecclesiam euangeli-  
cam peruenerit ex contzenii cri-  
minazione discimus, quae eius L II.  
Polit. e. 19. habetur. *Hymni Lutheri*,  
animas plures quam scripta et declamatio-  
nes occiderant. Vide b. Patris mei diff.  
de progressu emend. per Lutherum re-  
ligionis p. 67.

11) Communem fuisse cantum in  
primitiva Ecclesia omnibus Christianis,  
clericis aequo ac laicis, non so-  
lum ex iam adlatis PLINII et GHRYS-  
OSTOMI locis adparat, sed etiam ex  
iis testimoniosis, quae collegerunt I. A.  
QVENSTEDT in *Antiquitate Eccl. de  
precibus publicis et Psalmor. cantu &c.*  
et CASP. CALVOER. *Ritual. Eccl. P.*  
2. p 638. Fatetur hoc quoque BONA  
Cardinalis haud malus, *Rev. Liturg.*  
L. I. e. 25. Caesarium Arelatensem, qui  
uixit Saec. VI constat solitum fuisse,  
suas ecclesias homines compellere in-  
star clericorum ad psalmos et hymnos  
alta et modulata uoce cantandos. Saec.  
VII. uelutigia cantus popularis in Hi-  
spania apud ISIDORVM de *Diu. Offic.*  
c. X. ocurrunt, ita scribentem: quan-  
do psallitur, psallatur ab omnibus, quam  
oratur, oretur ab omnibus etc. Sed can-  
tu Romano, Pipini et Caroli M. auspi-  
ciis introducto solosque ad canonicos  
cantores delato, abrogatisque sacris  
vernaculis, latino tantum regnan-  
te,

## XXII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

Obtinuerunt etiam, praesertim Saec. IIII. formulae psalmodicae, hoc est sub initium sacrorum publicorum Doxologia maior: *Gloria in excelsis Deo*, 12) in clausula sollemnis officii Doxologia minor: *Gloria Patri* 13) et in sacra Eucharistia: *Trisagium*, seu hymnus cherubicus. 14) Quae liturgicae formulae 15) sanores, et Antiphonario atque Sacramentario Gregorii M. longe antiquiores, continentur *Praefatione Missae*, in plerisque magnis Saxonie locis adhuc diebus sollemnioribus

te, accidit, ut cantus communis Latina in ecclesia prorsus cessaret. Quem postquam b. LUTHERVS restituisset, dici non potest, quam insigne adiumentum purgatae doctrinae Christiane attulerit. Quum enim adhuc usque, nihil nisi monachorum latini clamores tempa replevissent, iam quilibet plebeius modularbat hymnos suavis humis melodii adaptatos. eoque ipso stimulos singularis cuiusdam erga numerum affectus sibi addilentiabat. Inest enim in uario canendi sono incredibilis uis ad hominum animos permouendos, et cantus in frustula concimentes, quo uolunt, pertrahunt. Hinc publicatis eiusmodi Psalmis, via ad ueritatem innumerabilis hominum multitudini patescit. Quid probe intelligentes uaferrimi Iesuitae, ne res ipsorum detrimenti quidquam capiat, ad Psalmorum et Hymnorum nostrae ecclesiae formam superstitiones suas cantilenas componunt, quas deinceps suauioribus nostris melodiis induunt atque exornant. Vide IOH. ANDR. SCHMIDIVM diff. de modo propagandi religionem per carmina p. 44.

12) Appellatur *Hymnus Angelicus*, quod illo recentissimos Christi natales celebrarunt angeli. Lucae c. 2. etiam matutinus *Gracorum*, ob quotidianum

Christianorum usum: quo titulo illum insigniuit T. H. SMITH. *Miscell.* Lond. 1686. ed. p. 136. qui eundem longe omnium hymnorum in cœtibus Christianorum publicis antiquissimum esse contendit. Praecipue autem in eucharistiae celebratione illum antiquissimum in usu tuisse ostendit BINGHAM. Orig. I. XIIII c. 2. §. 2. In liturgia Mozarabica iubetur ante lectiones in natalitiis Christi cani.

13) Frequentissimum hymnum sub finem psalmorum adhibitum, et alius hymnis postremum additum, docet I. B. BERNHOLD diff. de Doxol. Ecl. Gloria Patri p. 4. Vario ritu in fine psalmorum cantari cognoscens ex I. S. DURANTI Rit. Ecl. Carb. L. III. c. 15. p. 475. Cur in formula propositiones *duo ēt oīū* ab orthodoxis doctribus eliminatae fuerint, ostendit AD. RECHENBERG diff. de Ver. Christianor. Doxologia §. 19.

14) Canebatur *cherubicus* hymnus praecipue in medio sacrae Synaxeos officio ad imitationem Seraphim in uisione letiaue uatis. Primituam eius formam habes CONSTITVT. APOST. L. VIII. c. 12. Post ea ab ecclesia aliquot uerba eidem addita sunt, quemadmodum cognosci potest ex PET.

ALLIX

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXIII

bus usitata: eaedemque in ecclesia Vitebergensi purae, ac sine Papismi macula, Latina Lingua perennant. 16)

Has autem formulas, cum aliis precum carminibus solus ad altare cantillauit sacerdos; populo in clausula tantum ei uel coniungente se, uel etiam respondentे. 17) Quos ad altare cantus uel ex DIONYSIO AREOPAG. intelligere possumus: qui etsi non est scriptor, cuius nomen praefert, apostolicus, Sacc. tamen IIII. testimonium perhibet. 18) Quod si a v-

GVSTINI

ALLIX de Trifagio Rothomag. 1674. edito libro, ubi controverias ob istam additionem excitatas, et studium haereticorum illud corruipendi intelliges, collata s. L. BAVMGA TENII Historia Trifagi, Halae 1744. edita. Ceterum huius cantici ante an. Chr. 529. nullam apud Veteres mentionem occurrere tradit IOH DALLAEVS de cult. relig. Latinor. p. 1208.

15) Sunt plures eiusmodi formulae liturgicae, Alleluia, Hosanna, aliae, de quibus conferri poterit BINGHAM Orig. Vol. VI. p. 41. seq. I. A. SCHMIDIVS diss. de magnioribus Vet. Christianor. formulis, et FRANC. FABRICIVS dubibus disserit eiusdem argument. Lugd. Bat. 1732. edit.

16) Non est quod fastidiemus has suauiores formulas, quarum antiquitatem non ex Iptiris Chrysostomi et aliorum Liturgiis, sed ex genuinis Vet. Ecclesiae monumentis cognoscimus. Ita Antiphona: Dominus Vobiscum Chrysostomo, Sursum corda Cypriano et Cyrillo Hierosolymit. Gratias agamus etc. Augustino, memorantur. Illud autem Gloria in excelsis, et Sanctus Sanctus ex Luca et Esaias habemus. Fuerunt antiquitus in facris publicis maximam partem usitatae, sed, quia, si Oratio-

nem Dominicam et uerba institutionis S. Coenae excipias, nihil formularum amplius striete ad Eucharistiam pertinet: pii nostri Confessores reliquum omnem, tanquam ab hominibus profectum formularum adparatum, resecarunt. Viderunt illi, quam haec formulæ saepe diuersis in ecclesiis et ipsas diuersas fuerint, modo liberius auctae, modo rursus restrictae atque immutatae. Itaque pari libertate usi, easdem correxerunt, praesertim, quam in eas multa, quae ad sacrificium missaticum, ad invocacionem Sanctorum, atque ad alias superstitiones recens inuectas, et veteri ecclesiae inauditas, reterebantur, irrepsissent.

17) Cognoscitur ille mos praecipue ex AVGVSTINO, qui Serm. in Psalm XXXVI. inter alia sic ait: In hoc Psalmo, quem cantatum audiimus, cui cantando respondimus, ea sumus dicturi, et reliqua.

18) Lib. de Eccl. Hierarchia c. III. §. 2. ritus consecrandi sacram Synaxis descripturus, ubi de antiphone loquitur ἀπάρχεται, inquit, τίς ἵσπας των Φαλμών μιλώντας; quod sacram nempe incipiat Psalmorum melos omni ordine ipsi Psalmodia succinente.

XXIV. DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

GUSTINI liber, quem de canticis ad altare scripsit, hodie superesset: multo haec a nobis uel plenius uel certius possent cognosci. 19.)

Illud quidem satis constat, eo uocis flexu cantillatum fuisse, qui esset maxime simplex, atque ita modicus, ut a lectio nre uix quidquam recederet. Hoc ipsum enim de ATHANASIO, ecclesiae Alexandrinae episcopo, narrat AVGUSTINUS, 20) quod is tam modico flexu uocis fecerit sonare lectorum psalmi, ut pronuntianti vicinior esset, quam canenti. Nec sine cauilla probat hanc rationem AVGUSTINUS, qui tamen idem alibi artificiosorem canendi rationem ad ciendos affectus uilem esse ait, magnumque se in celebratione diuinorum officiorum ex dulcedine cantus percipere pietatis frumentum commemorat. 21) Fuit enim haec antiquae ecclesiae ratio, ut moderatam, et quasi sobriam uocis modulationem amaret

19) Memorat POSSIBVS in Indiculo Script. Augusti. hunc librum de canticis ad altare unum, et testatur ipse AVGUSTINVS Retract. L II. c. II. coepisse tum Carthageni morem, ut hymni ad altare de Psalmorum libro dicerentur, sive ad oblationem sive quem distribueretur populo, quod esset oblatum. Quod quium Hilarius quidam reprehendens negaret, fieri oportere, scripsit aduersus illum hunc librum AVGUSTINVS.

20) Confession. L. X. c. 33. Tuis mibi uidetur quod de Alexandrino episcopo Archanio saepe mibi dictum commemini, qui tam modico flexu uocis faciebat sonare lectorum Psalms, ut pronuntianti vicinior esset, quam canenti.

21) Confession. L. VIII. c. 6. Vide praeterea IOH. STEPH. DURANTVM de Rit. Eccl. Cath. L. 3. c. 21. p. 487. edit. Paris in 4. Memorat.

etiam AVGUSTINVS Confession. L. X. c. 53. se in primordiis confessionis sua, quum liquida noce et conuicienitissima modulatione in ecclesia Ambrosii Mediolanensi cantari audisset, ubertim lacrimas fudisse, et profiteretur ibidem per oblectamenta aurium infirmiores animum in adfectum pieratis adsurgere. Sane, quum, uel muras animantes, affici sonorum praestantia videamus, instar miraculi foret si homo, ab humanae uocis amabili flexione claritateque nihil omnino delestatio nis caperet. Eodem in loco idem AVGUSTINVS; ipsis sanctis dictis religiosus et ardenter sentio moxri animos nostros in flammam pieratis, quum ita centauri, quam si non ita canarentur et omnes affectus spiritus nostri pro suavi diversitate habere proprios modos in uoce atque cantu, quarum me scio qua occulta familiariitate excitantur.

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXV

amarer; liberiorem, tanquam uanam et theatralem odiasset: quemadmodum ex IOH. CHRYSOSTOMI 22) arque HIERONYMI locis perspicitur. 23) Atque hanc flexionum uocis quasi modestiam sine dubio intellexit RHABANVS MAVRVS, 24) quando cantum, qui suo tempore obtinebat, cum Veterum in sacris cantu conferens, hunc sui saeculi consuetudini praeferat.

Neque uero hic in sacris cantillandi mos a Christianis obseruatus ab illis primum excogitatus putari debet. 25) In Synagoga Iudaica lector, qui ex Bibliis aliquid recitabat, leni susurro cantanti similior lectionem peragebat, 26) adhibitis notis quibusdam, quorum ductu ista cantillatio regereretur. Qua de re PETRVS ZORNIVS permulta congesit. 27)

Hanc igitur veterem Antiquorum consuetudinem seruat etiam

22) Homil. I. de uerbis Iesai. Tom. Oper. III. p. 225. edit. Francof. inuenitur in vita eorum, qui in sacris publicis cantantes, ita ut in theatris, uociferarentur.

23) In Ephes. V. Tom. VI. Opp. p. 188. ed. Paris. monet, guttur et fauces non esse in tragoeidiam dulci medicamine collinenda, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur et canica. etc.

24) L. II. c. 48. de Instit. Clericorum. Primitiva Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu uocis faceret resonare psalmensem, ita ut pronuntianti uincior esset, quam canentii. Propter carnales auem in ecclesia, non propter spirituales consuetudo cantandi est influenta, ut, quia uerbis non compunguntur, suauitate modulaminis moveantur.

25) Vide p. XVII. hui Progr.

26) Si CAMP. VITRINGAE Ar.

chisynagogum obseruant. quibus uet Synagogae constitutio traditur, illustratum, enuoleris, et contuleris, cum ea ceremonias ecclesiae christianae, intelligentes, ecclesiam christianam, ut multa alia, ita et ritum lectionum sacrarom ab illa accepisse. Idem fateur I. A. SCHMIDIVS in diss. de lectionibus primariae ecclesiae. Hanc primam ecclesiam christianam, ex moribus Synagogae Iudaicae, Lectores retinuisse, adhuc mant etiam STEPH. le MOINE T. II. Varior. Sacr. p. 955. WILH. ERNSTENZEL de Ritu Sacrar. Ver. Eccl. Lectionum §. LX. et I. A. SCHMIDIVS tum in Progr. I. de primis eccl. Lectori bus in genere, tum in altero de pr. eccl. Lectori bus illustribus Helmst. P. P.

27) Dissert de ministris Euangeliaco Lutheranis ad altare cantillantibus. Opus. Sacr. Tom. II. p. 199. in hanc sententiam: „Peruulgata pridem et extra omnem dubitationem per plura D saccula

XXVI DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

etiam nostra ecclesia, partim in precibus ad altare, quas *Collectas* vocamus, partim in Eucharistia, quum *Oratio Dominicā*, et uerba institutionis *S. Coenae* recitantur. In aliis quidem nostrae confessionis ecclesiis, ut in Lipsiensibus, hoc quoque receptum est, ut sacerdos lector pericopas, tum euangelicas, tum epistolicas rudioribus modulis ita cantillet, ut meditam quodammodo inter lectionem et cantionem tenere videatur.

Nec uero exiguum uim in excitandis fidelium animis haec cantillandi ratio habet: per quam sanctissima et grauisima Dei uerba ad intelligendum, et ad comprehendendum faciliora redduntur. 28) Quo ipso nihil est ad hominum corda

„sæcula eruditorum sententia fuit.  
 „Iudeos aequæ ac alias gentes in sacris  
 „cantillare solitas antiquissimo quidem  
 „ritu, notulas quasdam et figura quæ  
 „musica in hunc usum adhibuisse, secun-  
 „dam quorum ductum cantum illum  
 „(si modo proprie cantus dicendus est,  
 „sed potius, rhetorico-musicum quid)  
 „restinerint: quo ipso adminiculo il-  
 „lam cantillandi textus sacros ratio-  
 „nem, alias facile uel mutationi usl  
 „obligationi obnoxiam ad seruam po-  
 „tentiam propagant. Atque hanc  
 „sententiam stabilimentam in se facili-  
 „piunt CALONYMVS in Bux. thes.  
 „Gram. p. 28 ELIAS LEVITA, SEB.  
 „MVNSTERV, IOH. REVCHLINVS,  
 „WILH. SCHIRARD in Horolog. p.  
 „154 MICHAEL BECKUS dñs de accentu-  
 „tuum usu et abuso Musico bermeneuri-  
 „co, et BXUTORF Thes. Gram. p. 33.  
 „et 600. Quo tono libri sacri in Syna-  
 „ngogis cantati fuerint, explicat his  
 „uerbis ZAMORA Gram. L. I. c. 4.  
 „Penitare cubus et libri historici cantaban-  
 „tur modo severo et satyrico: Proner-  
 „bia, modo plano et conciliarii; Canti-

„ca: modo alacri et iucundo: Ecclesi-  
 „stes autem modo severo. Sed ad hoc  
 „bene intelligendum opus erat experien-  
 „tia uiræ uocis illorum. Haec ille ap-  
 „pud HORNBECKIVM L. I. Mijcell.  
 „Sacr. c. XI p. 303. Iam si quaeres de  
 „usu Accentuum musico apud Ebraeos,  
 „admirat R. ASARIA S. P. 3. MEOR  
 „ENASEM c. 59 arcentuum figuræ  
 „etiam rectuæ Talmudico f. Mitchmis  
 „cantes et memoriae per eum iuuandeæ  
 „causa adiectos fuisse. De mem-  
 „oriae adminiculo quod scribit R.  
 „ASARIA, id confirmat etiam  
 „EPHODEVS apud BXUTORFIVM his  
 „uerbis: cantus biblicus multum condu-  
 „cis ad memoriam, dum uidelicet in sermo-  
 „ne si cantillantis fit mora temporis in le-  
 „ctione iocualium, et paufarum, et re-  
 „spirationum occurrentium.

28) Hoc probe intelligentes Ve-  
 teres, iuuandas memoriae causa leges  
 inter epulas decantabant, ut narrat  
 GATACKERVS Adversar. c. VIIIIL  
 p. 490. Non enim ignorabant, quan-  
 tam uerba in frustula quasi per can-  
 tum concisa, uim ad memoriam habe-  
 ant.

2

## LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXVII

eorda sursum tollenda, inflammmandamque pietatem, ualidius. 29)

Hae sunt uelut reliquiae antiqui cantus, quem pii Confessores nostri, ad formam Veteris Ecclesiae, contentis, qui tum obtinebant, canonicorum cantorum clamoribus, sacerdotumque in missis demururationibus, instituerunt. Quod testatur simplicissima, eademque grauissima modulandi ratio, notis musicis designata in libro Agendorum pro ecclesiis per principatum HENRICI SAXONIS, qui liber iussu Ducis conscriptus est an. MDXXXV a IUSTO IONA et an. MDXXXVIII. publice propositus. 30)

### D 2

### Restat

ant. Itaque, quo facilius et caperent et memoria tenerent homines ea, quae scire necessario debebant, cantiones adhibuerunt. Constat etiam ex AELIANO memoriam ex illa modulatione magis magisque confirmari solere. Refert enim, Cretenses liberis suis leges cum quodam concuento perdiscendas dedisse, ut ex musica oblectarentur, atque ita illos facilius memoria complecterentur. Ira uero ille Var. Histor. L. 2. p. 167. edit. GRO-NOV. Κατά τὸν πάθας τὸν ἐλευθερίας πατριῶν τὸν γένες ἐκέλευν μετὰ τίνος μελαθίας, οὐαὶ ἐπὶ τῆς μουσικῆς Ψυχαγωγῶντας, καὶ ἐυκολώτερον ἀντὸς τῇ μουσικῇ παραλαμβάνοσι.

29) CHR. GERBERVS de cantillatione precum ad altare disputans in der Historie der Kirchencremonien in Sachsen, easdem recitat causas p. 354. Ich halte dafür daß die gotseligen Lebewer die Weise zu singen darum eingeführt haben, weil im singen die Worte langsamer ausgesprochen werden, und man also denselben andachtiger nach-

dencken kan und das Herze mehr zu Gott erheben, als wenn ein solch Geber gelesen wird, womit es mehrentheils geschwinder zugehet. So erreicht auch der Singeron das Gemüthe, und bewegt es mehr als was vorgelesen wird.

30) Est apud me exemplum huius a Iona Praepof. Viteb. GE. SPALATINO Sup. Altenb. CASP. CRUCIGERO Prof. Theol. Viteb. FRID. MYCONIO Sup. Gotb. IUSTO MENIO Sup. Isenac. IOH. WEBERO Sup. Neostad. ad Oril. subscriptione adprobati Agendorum libri, sub rubr Kirchenordnung für die Pfarrer in Herzog Heinrichs Fürstentum gestellt Lipsiae per HANS RHAMBAW eleganter typis impressa in 4. ubi notis musicis crassioribus, simplici ratione, designata cernitur lectio Epistol. et Euang. dier festor; et dominicali sub rubrica: *Ordnung des Gesangs zur Missa*. Eadem fuit instituti ratio ION. SPANGELEBERGII Sup. Nordb. qui iussu et instinctu D. LUTHERI, quemadmodum in Dedicacione libri ad GEORGIVM Pr. Anhaltinum fatetur,

XXVIII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

Restat, ut ostendam, haec Latina precum ad altare carmina in publico Dei cultu recte a nobis, tum hic Vitebergae, tum in aliis quibusdam Lutheranae professionis ciuitatibus, retineri. Non enim illis ita utimur, quasi eas necessarias esse iudicemus, aut Pontificiis hac uelut comitate rem gratam facere uelimus: Sed adhibentur a nobis eo animo, ut et libertatem christianam quodammodo usurpemus, et nostram tum confessionem cum antiqua quam paullo purior esset Ecclesia, tum caritatem eorum, qui olim in Papatu ipsi a Papismo abhorrentes uixerunt, hac quoque in re omnibus declaremus. 1)

Quid enim est, quod, ut Pontificii stulte sibi persuadent, ad Latinae Linguae in his precum carminibus usum servandum,

tur, Magdeburgi an. 1545. in fol. edidit  
Cantiones ecclesiasticas, festis et dominis  
diebus per totius anni circulum uel  
cantandas uel praelegendas. Formauit  
opus hunc in modum, ut prima Parte,  
latine omnia, altera uero germanice  
habeantur. Isto in libro, quem Bibliotheca  
adseruat mea, certis crassioribus  
notis musicis, quae tamen lineis im-  
positae sunt, eiusmodi depictam can-  
tillationem, simplici peragendam ratio-  
ne. Suni præterea alii libri Missales  
et Agendorum ecclesiasticorum, in  
quibus conficiuntur verbis praele-  
gendas uel cantillandis eiusmodi su-  
perimpositas Notæ, accentuum quan-  
dam figuram habentes. Quae res  
pariter haud deficitur antiquitate.  
Plura de eiusmodi Latinorum notis  
musicis obseruauit CAROLVS DU FRES-  
NE Glosso. med. et inf. Latinis. T. II.  
p. 848. Ad eiusmodi formam ex anti-  
quo hymnorum libro HVG MENAR-  
DVS hymnum quandam de passione  
Domini cum antiqui cantus notulis  
in aës incisum exhibet in notis ad Sa-

crumentarium GREGORII M. T. III.  
Oper. edit. Benedictinor. p. 334. et  
335.

Negari quidem haud potest, rece-  
ptum praescriptumque esse, ut Latina  
precum carmina, quae festis sollemni-  
oribus nostra in ecclesia pro altari di-  
cuntur, satis artificialiter cantillantur,  
seruat tamen cantillandi ipsa ratio,  
eam uelut modestiam, ut ad eleuan-  
das ad Deum mentes in iis, qui Lat-  
ina intelligunt, plurimum ualeat. Quae  
hodie Italics in ecclesiis obtinet, maxi-  
me melica canendi ratio est, musicarum  
notarum varietate ad maiorem suau-  
itatem afficiendam, et plane in thea-  
tralem degeneravit, ut ut uehementer il-  
lam extollat POMPILIVS RODOTÆ  
Commensar. in Epist. Benedict. XIV.  
de Jubilao, Cauu et musica ecclesiasti-  
ca Romae 1752. in 4. ed.

1) Probat hanc sententiam IOH.  
CONR. DANNHAVER. Lactis Careches.  
P. I. p. 497. et G. H. GOETZ de emend.  
Collect. Ecol. p. 22.

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXVIII

2

vandum, ulla nos necessitate constringat? 2) Vtrum haec tota res nullam indifferentiam habet, an ipsa indifferentia libertatem christianam uel tollit, uel circumscribit? Nonne tum demum iugum nobis impostum foret, si, quum ecclesiae nostrae licuerit, his rebus non uti, iam iisdem illi uti non liceret?

In utram autem partem ius libertatis exercere praestabat? ut Latinas preces et cantiones, refellendi Pontificiorum erroris causa, penitus repudiaremus? an ut easdem, fraterni cum Veteribus Christianis consensus nostri testificandi causa, et ne uideremur omnium omnia, qui temporibus oppressae ab Antichristo ecclesiae uixerunt, religionem et pietatem

D 3

2) Breuiter et adposite haec edisserunt THEOLOGI VITEB. in Censura et approbatione libelli *Muscouiani* p. VII. h. Progr. a me laudati, hunc in modum: Es hat zwar der sel. Mann Gottes Laiherus samt seinen treuen Mitgeblüfften beym ersten Reformationen Wercke etische lateinische Collecten und Psalmen beym öffentlichen Gottesdienste zugelassen, aber es ist geschehen 1) nicht Gebors weise, sondern Zulassungs weise, 2) nicht als ein Stück des Gottesdienstes, sondern als ein Aliaphorium und frey Mittelding, als eine außerliche Kirchenceremonie, 3) anfangs konnte nicht in den Mitteldingen alles geschwind geändert werden u. Aug. Conf. Art. 24. Und bey der Ceremonie der Messe ist nur die Aenderung geschehen, daß deutsche Gesänge neben den Lateinischen gneommen worden, 4) um der Gelehrten willen wie Apol. A. C. art. de Missa erklareter. So behalten wir das Latein um der willen die Lateinisch koennen, und lassen darneben deutsche Gesänge geben, damit das gemeine

Volck auch etwas lerne und zur Gottesfurcht und Erkenntnis unterrichtet werde. Der Brauch ist allezeit, für loeblich gehalten worden, 5) haben unsre gottselige Vorfahren auf die Städte gesetzen darinn Gelehrte und der Lateinischen Sprache kundige Personen gefunden worden, wie solches die Churfürstl. Sächsl. Kirchenordnung p. 33 zeiger. 6) Hat man auch auf die großen Lateinischen Schulen, darin die Knaben in den lateinischen Psalmen und schönen Lateinischen Hymnis der Altväter sollen angeführt werden, gesehen, siche die C.S. Kirchenord. p. 55. Es haben die christeifigen Reformatores diesen wenigen Gebrauch der Lat. Gesänge, dem iudicis Consistor. verstaendiger Superintendenten und Pastoren übergeben, daß sie in timore Domini reiflich überlegen mochten, was ieder Gemeinde, ieder Ort, und andere Umstaende zulasse mochten. Daher zu ganzen Stunden lang lauter lateinisch Choral und Tenebrae singen, die Herzen um die Andacht bringen koennte etc.

XXX DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

tem damnare, ad pristinam ueritatem exactas, retinemus? 3)

Num idcirco minus apud nos ualet donum prophetiae? minus ualent conciones sacrae? Immo hae tanto magis, quod in iis omnia et singula, quae ad pietatis doctrinam et religionis cultum pertinent, oratione, uerbis et sententiis ad popularem intelligentiam admodum solent exponi. 4)

Sed a Pontificiis non miramur hanc ecclesiarum nostrorum consuetudinem reprehendi, quorum iudicio si quid re-

ste

3) THEOLOGI VITEBERG. in Responso ad Memoriale Reformat. Anhalt. ad 10. GEOR. Princip. quando contra Reformatos disputant, qui Latinas nostraræ ecclesias cantilenas, inuidiae excitandæ cauſa Romanas nec christianas dixerant, haec inter alia habent: Etliche lateinische Geſänge ſind lange zuvor ebe das antichriftliche Pabſtum in Schwang gekommen, bey der uralten rebglæubigen Kirche Gottes bræuchlich gewesen. Die herrlichen Symbola zwar erſt. in gr. Sprache beſchrieben, wurden in Latin gesungen, von vielen Auserwählten mit hervlicher Andacht, Lust, Freude und Troſt, desgleichen das Te Deum laudamus und andere Hymni, ſo zum Theil zur Vaeter Zeit, zum Theil aber unter dem Pabſtum, von den rechten gläubigen auserwählten Christen gemacht, und ſeliglich gebraucht worden. Welche Geſänge wir nicht allein darum in öffentlichen Gebrauch der Kirchen behalten ſollen, auf daß wir den Feinden der Wahrheit in ſolchen freyen Ceremonien nach S. Pauli Exempel nicht nachgeben, auch die Christi. Jugend daraus in Lebte und Gebet erbauer werde. Sie ſind auch darum in Ehren zu halten und öffentlich zu gebrauchen, auf daß man aus denselben ſich der von Gott

unter dem Pabſtum wunderbarlich erhaltenen Kirche mit Dankſagung erinnere wie der Almaechtige auch in ſelbigen hochverehrten Zuſtaud ſeiner lieben Kirchen, ſeine Auerwählte regiert, und eben durch dergleichen reine geiſtreiche caniones (in welchen Troſt des Heil. Geiſtes und Worte des ewigen Lebens ſind) in ihre Herzen zur Seligkeit kraeftig und thaetig gewen. Um welcher Ursach willen wir in gebührender Reverenz alle Augsp. Conf. verwindre Obrigkeiſt ermähnen, über ſolche gottſelige lateinische Geſänge, als monumenta conseruata ecclesiae, den Teufel und seinen Schuppen zum Verdruff, christl. mit allen Fleiß zu halten, welches Gott angenehmer iſt, als daß die Calvinisten mit der Pabſte Aufſæze, auch was gut und rein iſt abſchaffen. Conſilior. Theol. Viteberg. T. I. p. 392.

4) FRIDER. BALDVINVS in Commentar. in Epp. Paulina; mentem Pauli i Cor. XIII. exhibtam expōnens p. 409. ait: „Scopus tractationis „apostolicae non noſtras sed Pontifici-“ orum ferit ecclesiā, ubi ſub opinione „necessitatis et religioſi cultus Linguae „peregrinas ſunt introductae, ita ut ma-“jor ratio habeatur lectionum ad vul-“gus plane ignorantarum. quam concio-“num

2

## LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXXI

Et facere uellemus, nihil nobis recte faciendum esset: ex ipsis nostris miramur aliquos existisse, quibus illa tantopere improbanda esse videatur. Nam cogitare debebant, pri-  
mum, si uitium aliquod in ista consi studine superesset, ne-  
que libros Ecclesiae nostrae Symbolicos illam agnitueros fuisse,  
quod faciunt et AVGUSTANA CONFESSIO 5) et eius APO-  
LOGIA, 6) neque Diuum LVTHERVUM fuisse, aut suis in  
scriptis aliquoties negaturum uelle se Latinam Linguam in  
sacris publicis abrogari, 7) aut etiam in illa FORMA MIS-  
SAE,

num. In nostris ecclesiis retinentur autem ceremoniae debeat obseruari, tum  
ut discant homines scripturam, tum ut  
verbō admoniti concipiāt fidem, timo-  
rem, atque ita orent eriam; nam hi sunt  
finis ceremoniarum. Latinam linguam  
retinemus, propter hos, qui Latine di-  
scunt atque intelligunt. Et admissemus  
germanicas cantiones, ut habeat popu-  
lus, quod discat, et quo excites fidem et  
timorem. Hic mos semper in ecclesiis  
fuit. Nam etiā aliae frequentius, aliae  
rarius admisuerunt germanicas cancio-  
nes, tamen fere ubique canebat populus  
sua lingua:  
nihil ergo contra Apostolum. Est  
setiam antiquissimus Latinarum cancio-  
num et Lectionum usus in ecclesia ante-  
quam regnum antichristianum or-  
munt, nec damnat orthodoxa ecclesia  
morem. ,

5) Artic. XXIII. de Missa abus-  
mut. III. Seruantur et usitate cere-  
moniae fere omnes, praeterquam quod  
Latinis cantionibus admiscentur aliqui  
Germanicae, quae additae sunt, ad do-  
cendum populum.

6) Apolog. A. C. de Missa Artic.  
XII. Admonemus apud nos retineri La-  
tinas lectiones atque orationes. Quum

7) Tom. III. Altenb. fol. 498.  
„Ich will in keine Wege die lateini-  
sche Sprache aus dem Gottesdienste  
gar lassen wegkommen, denn es ist  
mir alles um die Jugend zu thun.  
Und wenn ichs vermoechte und die  
„Griechische und Hebraeische Spra-  
„che uns so gemein waere als die Latei-  
„nische, und si haerten so viel feiner  
„Musica und Gesangs als die lateini-  
„sche hat, so sollte man einen Sonn-  
tag um den andern etc. .. dazu sind  
„auch die Schulen gestiftet.“

In Praefatione libri Cantionum  
Ecclesiasticarum, quem supra dixi auto-  
ritate

XXXII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

SAE, an. Chr. M D X X VI. Latine et Teutonice ab ipso editae pro diebus festis Latina ptaescripturum. 8)

Deinde, quod aufert omnem uituperandi materiam, haec consuetudo ualet non in pagis et uicis, ubi praeter sacerdotem fere nemo est, qui ullius latini uocabuli sensum habeat. Obtinet ritus in magnis et amplis ciuitatibus, in quibus, quoniam uel Scholae Latinae, uel Gymnasia, uel Academiae florunt, praeter homines doctos, quorum ibi est non minimus numerus, etiam permulti alii reperiuntur, qui nonnullo ex prima

ritate Lutheri vulgasse SPANGEN-BERGIVM, et prima Parte, que in cultu publico uel legi uel cantari exhibent omnia latine; altera teutonica exhibuisse, conqueritur is de delicata licentia quorundam et superstitione, qui nisi Teutonica uelint ac nefas pusane alia preces lingua sonare in templis, quum ramen linguis sacri uerbi mysteria credita sint, quibus neglecti fieri posse ut tota religio obliteretur, quemadmodum paullo ante sib Papatus factum sit. Purioriam saltem, per quam religio deinceps ad posteros propaganda fore, bis pietatis exercitiis detineri debere, et quae sunt porro alia, quibus egregie cum b. LVTHERO conspirat.

8) Numirum D. LVTHERVUS de sacris publicis rite ordinandis persaepe a multis consultus, An. M D XXIII. certam Missae Formam pro ecclesia Viterbergensi conscripsit, quae inest Opp. LVTH. Ien. Lat. T. II. f. 556. Cuius sub ingressum Formae adcurate distinguit, Missam ab Apostolis acceptam et ecclesiasticam antiquissimorum Patrum additionibus, quas uocari, laudabilibus, auctam: a Pontificia nouis et uitiosis accessionibus corrupta. Ex-

terminat, quae in pontificia Missa, de sacrificio pro uiuis et mortuis, de offertoriis et collectis mercenariis aliquique recens inuenientis occurunt. Retinet Introitius diebus Domin. et in festis solemnioribus Pascha et Pentecost. Natale I. C. usitatos. Retinet Kyrieleison illud, Hymnum angelicum, Gloria in excelsis, Graduale cum Halleluia. Ex Profeis seu iis formulis, quae, quia lubilatio infuequebatur, Sequentiae dicebantur, meliores admittit, ut breuem illam in Natiuitate Christi Grates nunc omnes etc. In consecratione eucharistica illud, Dominus Vobiscum: Sursum corda, cum responsione habemus ad Dominum: Gratias agamus Domino Deo nostro cum resp. Dignum et iustum est etc. Et in hac Forma Missae usum Latinæ Linguae temporis causa, seruat, ne repentina mutatio offendat infirmiores et Carolostadius necessaria ab indifferenteribus non distinguens, quasi cardo religionis in ceremoniis uerteretur, lapere discat.

Quae Forma cultus publici Latina in plerisque Ecclesiis Saxoniciis, tacite consentiente potius, quam praeципiente Electore recepta est. Post modo, quum Teutonicam quoque Liturgi-

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXXIII

prima institutione Latinitatis usu imbuti, simplicitatem harum sollempnium formularum sine difficultate intelligunt. 9)

Denique id, quod huius consuetudinis ueluti sanitatem ostendit, Latina illa precum carmina non omnibus et singulis diebus dominicis, sed us tantum, quos maxime festos celebramus, adhiberi solent: ut, qui ex coetu illas minus intelligunt, uix illum damnum facere videantur. 10) Quorum causa

am auctoritate IOHANNES Elector Sax adornauerat LUTHERVS, hanc cum arina an MDXXVII. coniunctim edibus dit, uoluitque Teutonica finguis die dominicis, adhiberi, Latina tenuis diebus iolemnioribus, ut Nataliforum Palchatos, alius. Et haec est ratio, qua accidit ut Vitebergac et aliquibus aliis in urbis, diebus tenuis et sollemnioribus, Hymni latini in coetu Fidelium publico audiuntur non tantum, sed etiam Latina precum Carmina ad altare a sacerdote cantillantur.

Nam etsi LUTHERVS hac Missa forma sententiam raptum dicere suam voluit, non tradere normam cultus diuini publici, tamen pleraque ciuitates et provinciae Augustanae Confessio- ni, audiebat, hanc recipientes, libere sequendam putarunt, et si qua ecclesia propriam requirebat Liturgiam, eam ad huius imaginem efformare praepotebat, ut adeo hanc non immerito fundamentum Liturgiae Evangelicae dixeris. Sane in Saxonia nostra 10. IOHANNES Elector an MDXXVI publicis litteris sequi uero Ordinationem Missarum secundum formulam a uiris doctis et Scripturae Sacrae peritis h.e. ut SECKENDORFIVS Hist. Luthera-

nisi 1. 2. p. 48. tradit hanc ipsam a LUTHERO conscriptam. Hanc Decretum uilitat. an. MDXXVIII. probat: hanc repetit Agenda Ecc. HENRICI SAX. vnde in qua admisit Latina plus imma: hanc confirmat AVGUSTVS El. Sax. in Agenda a. 15 o. in folio editis, hec pluribus ostendit, b. 1 w. IANVS in dili. de statu Ecc. Ewang. qui uel hac una dilputatione scripti autem plurimas feliciter perannunturas, immortali memoria dignus est Theologus.

9) MART. CHEMNITIVS Exam.  
Cone, Trident. P. II. Sect. 7. p. 510.  
edit. IOHANN quando ex IOH. BE-  
LETO retent, morem quarundam ec-  
clesiarum ut pronuntiatio latine euau-  
geliu statim in vulgari idem popu-  
lo expopheretur. Haec certe, inquit,  
uicissim uero Latinae et ungaric linguae  
in nostris ecclesiis, ubi scolae frequen-  
tiores sunt, seruatur, ut et docti et  
idiotae aedificentur.

10) Non obscure innuit P. I. SPE-  
NERVS loco mox laudando, non qui-  
dem simplicius necessarium esse ut  
omne vocabulum in cultu publico ab  
uno quoque intelligatur. De qua ta-  
men re maxima cum cautione senten-  
tiā

E

XXXIII DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST.

causa si Latinis precibus utendum non est, ne conciones quidem in posterum habeantur, propter ea, quod nullius, quamlibet perspicui oratoris, uerba omnium et singulorum auditorum intelligentia capit. Cui tamen ut succurratur audiencium intelligentiae, probo satis consilio Latinae haec Collectae publicis et praecipuis hymnorum ecclesiasticorum libris, in fine adiectae sunt, quo ab omnibus legi possint de plano, id quod in illo pro ecclesia Dresenensi, et nostra Vitebergensi factum esse cernimus.

Quam ob rem nihil est, cur non accedamus PHIL. IAC. SPENERO, qui Latina, dummodo nec saepius frequententur, et auditores adsint, a quibus intelligentur, in sacris publicis admittenda esse censet. n)

Agite

tiam dicere debemus, ea ne causas Pontificiorum patrocinium praebeat, qui nobis persuadere volunt et in Graeca Or. et in Latina Occid. ecclesias non omnes intellexisse, quae in diuinis Officiis fuerint dicta. Qua in regardum prolixus est IAC. LEDESIMA Soc. Iesu Thol. Tr. de Script. diu. quavis lingua passim non legendis, et ac Missa precibusque in eccl. Coristi, Hebr. Gr. aut Latina lingua ianuam cel-bravus, ubi cap. XII. testimonii doctorum Vet. Eccl. satis distortis, homo uader probare vult, quod non sit necessarium, ut omnes intelligent, quae in eccl. recitantur, immo sit utilitas magna si non intelligent. Non omnia, ait, in intelligendo confidunt, non enim raro accidit, ut qui minus intelligent ea, quae dicuntur a sacerdote, maiorem tamen in eis uidere licet pietatis affectum. Praecclare Augustinus c. Ep. Manich. c. 4. scribit, quod turbam non intelligens

diuinacras, nerum credendi simplicitas truissimam faciat. Vide haec pag. 126, COLLECTIONIS quorundam grauium AVCTORVM, qui ex professu vel ex occasione Scr. S. aut diuinor. Officior. in vulgarem hinc uam Translatione damnarunt. Luer. Paris 1664. in 4. ed. cui LEDESIMAE liber a p. 83. insertus est.

II) Theologische Bedenken P. I. Artic. 4. Sect. 31. p. 109. „Das ateinische Singen an und vor sich selbst kann nicht, verworfen werden bey denjenigen, welche dasselbe verstehen, indem man in allen Sprachen Gott loben mag. So wolte ichs auch nicht verwerffen, wo einige Lateinische Hymni und Gesaenge in deutschen Gemeinden zuwider gesungen werden, da diejenigem, die sie singen, solche verstehen, und eben auch einige vorhanden sind, welchen die lateinische Sprache bekannt

nisi

LATINAS AD ALTARE CANTILLANTE XXXV

Agite igitur, CARISSIMI CIVES, qui Latina certe omnes intelligitis, orate his ob memoriam nati Iesu Christi tam festis diebus, antiquas illas, quas nobis ad altare praebit sacerdos, a GREGORIO M. P. R. conseruatas preces: Concede, quae sumus, omnipotens Deus, ut nos Vnigeniti tui nota per carnem natuitas liberet, quos sub iugo peccati uetus seruitus tenet, per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Inde ad altare ipsum accedite, et oblatis pro sacerdotibus strenis, laudate coniunctis animorum voluntatibus, ex IESV CHRISTO uno et eodem fonte uniuersam salutem haurientium, illam diuinæ bonitatis inestabilem uim, quia per incarnati uerbi mystrium noua mentis nostræ oculis lux Dei claritatis insulst, ut, dum uisibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibiliuam amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis, thronis et dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae Dei canite, sine fine dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Zebaoth! Pleni sunt coeli et terra gloria tua.

Quod ubi feceritis, tum, si VOS Academiae, si Patriae cura tangit, quarum utraque his tot tamdiu saeuientis belli tempestatibus iaces adficta, si cinerum nostrorum meminisse iuuat, tum, inquam, preces iidem, ad praepotentis Dei misericordiam fundite, non, ut Veteres Christiani, PRO MORA FINIS, 12) sed contra, pro acceleracione finis tantarum

„ist. Denn nicht eben simpliciter nothwendig, daß gerade alle Worte, welche Zeit wachrender Versammlung geredet oder gesungen werden, vom ieglichem müssen verstanden werden. Die Einführung aber des Lateinischen Singens in den Gemeinen, welche eigentlich allein Deutlich oder eine andere von der lateinischen unterschiedene Sprache reden und verstehen, können her vom

„, roemischen Antichrist und ist ein Stück von dessen Staatsrationen &c.

12) Locum TERTULLIANI cxiitani p. XI. II. hui Proge. FRIDER. IAC. REYCHLINVS de precibus primorum Christianorum pro mora finis Dissert. Argentor. 1751. P.P. docet Veteres Christianos, ob fidem in imminentem huius uineri interitum, discriminationibus et periculis a paganorum inui-

XXXVI DE SACERDOTE PRECES DIEB. FEST. ETC.

tarum calamitatum, et *pro mora* deterioris conditionis, quam uereri debemus, ne sit humanorum scelerum puniendorum causa uentura. Sed quo firmiorem pacem diuinam habuerimus, eo certior pax humana, et cum pace felicitas in AVGVSTO nobis redibit.

P. P. in Vigiliis Natiuit. D. N. Iesu Christi

An. clo I<sup>o</sup> CCLXI.

inuidia patuisse: ad, quam declinandum adfirmasse illos, se formidine calamitatum, extrema afflicturarum tempora, *moram finis mundi* rogare, atque hoc ipso pro Rom. imperii incolumitate uota facere, quia quandiu, imperium Romanum incolumne floreret, irruere afflictiones non possent.

---

VVITTEBERGAE  
PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSELDI  
ACADEMIAE A TYPIS.



Pon Yi 2697  
(1.)


✓D18

ULB Halle  
004 148 401

3



26





RECTOR  
IAE VITEBERGENSIS  
ORGIVS  
OLPHVS  
EHMER  
ET MEDICINAE DOCTOR  
ET BOTANIC. PROF. PVBL.  
ORDINARIVS

S A C A D E M I C I S  
P. D

ET AD SACRA  
IESV CHRISTI NATALITIA  
CELEBRANDA  
INVITAT

*Missae Latinae in Ecclesia Viteberg.  
disputatio*

19